BENEDICTIONALE

15. Jh. Seite 12v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=42
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ad nos · et nos ad se reuocaret · cui eciam ierusalem uenient ut adimpleret scripturas cre dencium populorum turba fidelissima deuocione uestimenta sua cum ramis palmarum in uia sternebant · presta quesumus · ut illi uiam fidei preparemus de qua remoto lapide offensionis et petra scandali · frondeant aput te opera nostra iusticie ramis · ut eius uestigia sequi mereamur. Per.

Oracio

Deus qui filium tuum unigenitum pro redempcione nostra dignatus es dirigere ut ipsum tuum ab inicio in peccati profundo di mersum a morte ad uitam reuocares · et cyrographo leti deleto sanguine filii tui innouares gentibus regnum · deus qui dispersa congregas et congregata conseruas · qui populis obuiam ihesu ramos palmarum portantibus benedixisti · benedic eciam hos ramos palmarum quos tui famuli ad nominis tui benediccionem suscipere cupiunt · ut in quemcumque locum introducti fuerint tuam benediccionem habitatores loci illius omnes conse